Sic iunge. Est & magis id ambit circulus. lymphaseum scutum. geminae ē lectio. quidam dicunt lymphaseum a limpha .i. aqua. limphaseum uocat illum circulum. qui solet in capitibus imaginum depingi. & aquę similitudinem habet. hinc etiam dic quod illi qui imagines confirmant. finguntque palladi lymphaseum scutum. eo quod sicut aqua omnem terram circuit. ita sapientia omnem mundum continet. Vel etiam limphaseum a limbo qui ē ora uestimenti;

Septenarius numerus tribuitur palladi multis modis. Primo modo. quia omnis numeri qui sunt intra denarium numerum. aut generant aut generantur. Septenarius uero. nec generat nec generatur. quia per nullius numeri duplicationem generatur. Nec generat numerum aliquem numerum infra denarium per multiplicationem. Verbi gratia duo duplicati pariunt IIII. III a nullo duplicato nascuntur. sed ipsa duplicata pariunt senarium. IIII numerus & parit & paritur. Paritur autem a duobus. Parit autem duplicatus octonarium. V numerus a nullo nascitur. bis supputatus ipse bis supputatus parit X. Item sex numerus nascitur ex duplicata triade. Parit autem infra decimum nemine limitem. Octauus fit ex bis supputatis. qui ipse nemine parit. Nonus nascitur ex ter tribus. Ipse nemine parit. Decimus nascitur ex duplicato quinario. Ipse porro nemine parit. Atque omnibus partim nascentibus partim parientibus. Partim & nascentibus & parientibus. solus septenarius numerus neque ex duplicatione alterius nascitur. nec infra decimum limitem parit quemquam. Propterea mineruę datur. Minerua dr̄ quasi min erua. Min non. Erua mortalis. Igitur minerua inmortalis dr̄. Alio modo septenarius tribuitur mineruę quia multa eorum quę naturę lege proueniunt. iuxta hunc numerum fieri nouimus. Principio septimani partus ante ceteros legitimi sunt. in generis humani fetibus id qui fiunt in septimo mense. Deinde quod post partus septimo mense dentes agunt. deinde septimo anno mutantur. Post item septimus annus affert utrique sexui gignendi & pariendi maturitatem. Inde septimo anno ostendit se flos & lanugo circa genas. Item in septimo finiunt incrementa staturę. Item septimus iuuenilis aetatis affert perfectionem. Sic semper septenarius numerus usque in decrepitum uadit. Sunt quoque septem meatus in capite. Oculorum. aurium. narium. atque oris. Vitalia quoque membra sunt. Lingua. Pulmo. Cor. Lien. Epar. duo renes. Numerus quoque uocalium litterarum grecarum septenarius. id quinque uocales antiquis. & H producta & Ω producta. Luna quoque crescentis & senescentis septem formas habet. Siquidem de obscura crescente lumine fit bicornis. de hinc sectilis. de hinc de mediato maior. De hinc plena. Sic in decrescendo maior. de mediato sectilis bicornis. Septem quoque planetę sunt in mundo. Musica etiam celestis septem spacia habet. & VII tonos. Item septenarius intra se ternarium & quaternarium. Per quaternarium corporea creatura intellegitur. quę constat ex quatuor elementis. Per ternarium. intellegitur rationabilem animam. habet enim rationari esse. uelle. scire. De septenario numero multa possunt dici cur detur palladi.

Sollon enim dicunt greci multum. hinc & sollemnitas multorum euentus. & sollertia multarum artium peritia. Similiter quoque sollertia peritia uel prudentia dr̄ ex multis uirtutibus constans. Sollertia fati .i. sollicitudo fati. uel intellectus prudens. id boni & mali datrix. ex te enim bona eueniunt. & mala iste accidunt.

Quia sapientia quoscumque afflat. amore suo doctos & sapientes reddit.

[Left margin notes:]

triangulus ignis dr̄. sol. qui et color ē. rubet. pallet. lacinniusẽ. uel quia inmodum trianguli surgit altitudine in acumen. Vel ibi rapit ignis triangulus .i. adtum opus. oriente enim lucifero statim sol sequitur.

Triangulus etiam uocatur propter tres ortus eius. quorum ē unus in solstitio estatis tempore. alter in aequinoctio. tertius in brumali tempore. uel parte. Vel propter tria temperamenta caloris & frigoris. & temporis.

Prior igni .i. sole. si enim ab inferioribus incipias. a luna. pallas quę est tertio loco a luna. post solem ē .i. ante solem. Pallas autem uocatur a philosophis & sapientibus propter pulchritudinem. a secularibus autem & uoluptuosis hominibus uocatur uenus. eo quod ipsa preest rebus uenereis.

# DE GEOMETRICA LIB VI. INCIP FELI;

Quidam dicunt sacernus unam partem quasi deorum & hominum sacerdos. uel secretum quidam sacernus quod significat summam partem mentis.

Geometria dr̄ apud latinos. sic & apud grecos. quia simplex unum nomen in interpretatione sui inuenitur. Geometria enim dr̄ terrę mensura a geo quod ē terra. & metron mensura. Geometria non solum terras. arbores. sed etiam ignes metitur. quia caldei nequaquam aliter potuissent flammam ignis qui in fornace cum tribus pueris ardebat mensurari nisi per illam.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1577/0006